Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Genesis

8.

et mortuus est / Vixit autem Lamech
centum octoginta duobus annis ge
nuit filium vocavitque nomen eius
noe dicens Iste consolabitur nos /
ab operibus et laboribus manuum
nostrarum in terra cui maledixit do
minus / Vixitque lamech postquam ge
nuit noe quingentos nonaginta
v annos / Et genuit filios et fi
lias / Et factus sunt omnes dies la
mech septingenti septuaginta
anni et mortuus est / Cap^m vi^m

Noe vero cum quingentorum
esset annorum genuit
Sem / et cham / et Iaphet / Cum
que coepisset multiplicari super terram
et filias procreasset / Videntes
filii dei filias quod essent pulchre
acceperunt / sibi uxores ex omnibus
quas elegerant / Dixitque deus /
Non permanebit spiritus meus in homine
in eternum / quia caro est eruntque di
es illius centum viginti annorum / Gi
gantes autem erant super terram in
diebus illis / Postquam enim ingressi
sunt filii dei / ad filias hominum illae
que genuerunt / Isti sunt potentes
a seculo / viri famosi / Videns autem
quod malitia hominum esset super terram /
et cuncta cogitatio hominis intentum
esset ad malum omni tempore / Pe
nituit eum / quod hominem fecisset /
in terra / et tactus dolore cordis intrinsecus /
Delebo inquit homines quos creavi
a facie terrae / ab homine usque ad
iumenta / a reptili usque ad volu
cres celi / Penitet enim me fe
cisse eos / Noe vero invenit gratiam
coram domino / Hae sunt generationes
noe / Noe vir iustus et perfectus in
generationibus suis fuit / cum deo ambu
lavit / et genuit tres filios /
Sem / Cham / et Iaphet / Cor
rupta est autem terra coram deo / et
repleta est iniquitate / Cumque vi
disset deus terram esse corruptam omnis
quippe caro corruperat viam suam super
terram / Dixit autem dominus ad noe / Fi
nis omnium carnis venit coram
me / Repleta est terra iniquitate
a facie eorum / et ego disperdam eos
cum terra / Fac tibi arcam de lignis
lenigatis mansiculas in arcam
facies / et bitumine linies intrin
secus / et extrinsecus / et sic facies eam /
Trecentorum cubitorum erit longi
tudo arcae / quinquaginta cubitorum
latitudo / et triginta cubitorum altitu
do illius / fenestram in arcam facies /
et in cubito consummabis summitate
eius / Ostium autem arcae pones ex
latere / deorsum / Cenacula et tris
tegia facies in ea / Ecce ego ad
ducam diluvium aquarum super terram
et misericordiam omnis carnis / in qua spi
ritus vitae est / subter celum / Omnia
quae in terra sunt consumentur / Ponamque
fedus meum tecum / et ingredieris
arcam tu et filii tui / uxor tua
et uxores filiorum tuorum tecum / et
ex cunctis animantibus universae car
nis bina in duces in arcam / ut
vivant tecum / masculini sexus et
feminini / De volucribus iuxta genus
suum / et de iumentis in genere suo
et ex omni reptili terae secundum ge
nus suum / Bina de omnibus ingredie
entur tecum ut possint vivere / Tol
lis igitur tecum ex omnibus escis que
mandi potest / et congregabis apud
te / et erunt tam tibi quam illis
in escam / Fecit ergo noe omnia illa
que praecepit illi deus / Dixitque
dominus ad eum Cap^m Septimum

Ingredere tu et omnis domus tua
in arcam / Te enim vidi iustum
coram me in generatione hac / Ex omnibus